



# **Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten**

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere  
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen  
Verhältnisse]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1845**

DCXII. König Christoph von Dänemark bekundet sein Versprechen, seine  
Tochter Margaretha in den ersten acht Tagen nach dem nächsten  
Johannistage zu Nyköping den Markgrafen Ludwig als Gattin zu ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

Brief is gegeben tu Stendal vor den Ratmannen na der Bort Vses Heren Dufint Jar CCCXXIV., des vridages vor Lichtmilfen.

Bgl. Anmerkungen und Zusätze zu Mosers Br. Lüneb. St. G. S. 452. Abhandl. der histor. Klasse der K. Bayerischen Akademie II, I, 7.

DCXI. König Ludwig gestattet dem Grafen Berthold von Henneberg zum Besten seines Sohnes des Markgrafen Ludwig, Güter in der Mark Brandenburg bis zum Betrage von 1000 Mark Silber zu veräußern, am 23. Februar 1324.

Nos Ludovicus, dei gracia Romanorum rex semper augustus, presentibus litteris confitemur, de nostro esse beneplacito et fauore, quod spectabilis vir, Bertoldus comes de Henneberg, fidelis noster dilectus, nomine carissimi filii nostri, illustris Ludowici, marchionis Brandenburgensis, ad eius necessitates et utilitates seu quaslibet commoditates, de bonis eciam immobilibus, ipsi marchioni vel marchie pertinentibus, castris et municionibus exceptis, vendere, impignorare, obligare et distrahere possit, vsque ad summam mille marcarum argenti, et hoc litteris, promissionibus vel aliis modis necessariis et legitimis confirmare, ratum habentes et gratum, quod circa hoc nomine dicti filii nostri predictus — comes duxerit faciendum. Super quo presentes conscribi et sigillo majestatis nostre iussimus communiri. Datum in Weflaria (?), VIII<sup>o</sup>. kalendas marcii, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. vicefimo quarto, regni vero nostri anno decimo.

Nach Schöppach, Henneb. Urkundenb. S. 97. No. CLXVIII. und Schultes Henneb. Geschichte II. Urkundenbuch S. 69.

DCXII. König Christoph von Dänemark bekundet sein Versprechen, seine Tochter Margaretha in den ersten acht Tagen nach dem nächsten Johannisfeste zu Nyköping dem Markgrafen Ludwig als Gattin zu übergeben, am 17. März 1324.

Omnibus presens scriptum cernentibus, Christoforus, Dei gratia Danorum Slavorumque Rex, Dux Estonie, sautem in Domino sempiternam. Notum facimus uniuerfis, presentibus et futuris, quod media fide nobili Domino Berchtoldo comiti de Henneberg ad manus Serenissimorum Principum, Domini Ludovici Regis Romanorum semper Augusti et Ludowici, Filii sui primogeniti, Marchionis Brandenburgensis, promissimus et promittimus in his scriptis, quod filiam nostram Margaretam infra octo dies post proximum festum B. Joannis Baptiste, nisi morte vel infirmitate notabili preventa fuerit, personaliter Nikopingh adducere debeamus, ubi Matrimonium inter Ludovicum Marchi-

onem Brandenburgensem predictum, dicti Domini Ludowici Regis Romanorum filium primogenitum, et ipsam Margaretam, filiam nostram effectui mancipetur. Si vero ipsa Margareta filia nostra interim aliqua notabili infirmitate fuerit prepedita, nihilominus dictum matrimonium nullatenus dissolvi, sed in sua firmitate stare debeat et vigore ac ipsius habita sanitate infra sex septimanas nuptias ejusdem Margarete Filie nostre cum antedicto Ludowico Marchione in dicto loco Nicopingh ducemus celebrandas. In cujus promissionis evidentiam firmiorem, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum Wortingeburgh, Anno MCCCXXIII, proximâ primâ feria post Dominicam, qua cantatur invocavit.

Original im R. Bayer. Haus-Archive. Vgl. Abhandl. der R. Bayer. Akad. hist. Kl. (Vom Freih. v. Freyberg) II, II. und Oesfelii Script. rer. Boic. II, 144.

DCXIII. König Ludwig beurfundet seinen erstgebornen Sohn Ludwig mit der Mark Brandenburg, dem Erzkämmerer-Amt und den sonstigen Zubehörungen dieses Fürstenthumes beliehen zu haben und weist alle Bewohner der Mark an, demselben die Hulbigung zu leisten,  
am 24. Juni 1324.

Nos Ludouicus, dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, Presentibus publice profiteamur, quod cum omnium terrarum dispendiose sint viduitates et dominiorum omnium vacationes periculose, quam plurimum diuturne; Illorum tamen principatum et terrarum, qui specialiori nexu et prerogatiuis majoribus immediatius sacrum respiciunt imperium et quorum incommodum pre aliis ipsum afficit imperium, periculosiores non immerito iudicantur; Expedi eisdem, cum in ipsis maius vertatur periculum, cautius et celerius prouideri. Qua propter ne principatus et Marchia Brandenburgensis ac nobilis Archicameratus imperii ibidem cum Ducatibus Stetinenfi et Deminenfi, terra Stargardenfi, Comitatu Wernigerode et omnibus aliis terris Comitatus, Dominiis, que morte clare memorie quondam Woldemari Marchionis Brandenburgensis, principis nostri karissimi, qui absque heredibus masculis et premissorum foedorum capacibus de medio est sublatus, sicut ipsa in feodum a sacro tenuit imperio, ad nos fuerunt et imperium jure feodi deuoluta, viduitatis incommoda diutius deplorarent, predictum principatum ac Marchiam Brandenburgensem cum Archicameratu, Ducatibus et Dominiis predictis, nec non cum omnibus aliis, que occasione predictorum predictus quondam Marchio Woldemaricus tenuit et possedit, omni modo et forma, quibus de jure et consuetudine hec fieri debuerunt, Illi Ludouico filio nostro primogenito ac heredibus suis contulimus et conferimus per presentes, cum omnibus jurisdictionibus, juribus, honoribus, forestis, nemoribus, campis, pratis, pascuis, aquis, piscariis, molendinis, monetarum cuditionibus et omnibus aliis pertinentiis et attinentiis eiusdem questitis et inquestitis, quocumque nomine nuncupentur, sicut dictus inclyte memorie quondam Woldemaricus Marchio eadem etiam in vita sua tenuit et possedit;